



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Lvdovici Carrionis Antiqvarvm Lectionvm Commentarii III**

**Carrion, Louis**

**Antverpiæ, M D LXXVI**

Aliud Phaurinum, qua[m] vulgo existimetur, de versu quodam Virgiliano  
sensisse videri. eamque in rem caput quoddam Agellij emendatum. Cap.  
XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)

corpus excutiat necesse est: & id, quod dico, verum esse, numquam infitiabitur.

*Aliud Phauorinum, quam vulgo existimetur, de versu quodam Virgiliano sensisse videri: eamque in rem caput quoddam Agellij emendatum.*

## CAPUT XIII

**V**ERSVS istos ex Georgicis Virgilij,  
*At sapor indicium faciet manifestus, & ora  
 Tristia tentantum sensu torquebit amaro;*  
 Higenus ita scribebat:

— &amp; ora

*Tristitia tentantum sensu torquebit amaror.*  
 contra tamen Phauorinum philosophum nobilem sensisse, & ei vocis illius insolentiam displicuisse, in vulgus creditum est. idque ex verbis Agellij, vehementer corruptis. quae non ut publicata sunt, sed ut in vetustioribus libris perscripta inuenio, in medium proferam: simul et illud Agellij caput, cognoscenda Phauorini sententiae, emendabo. Higenus, inquit Agellius, non hercule ignobilis grammaticus in commentariis, quae in Virgilium fecit, confirmat & perseuerat, non hoc à Virgilio relictum: sed quod ipse inuenit in libro, qui fuerit ex domo atque familia Virgilij;

— &amp; ora

*Tristia tentantum sensu torquebit amaror.*  
 Neque id soli Higeno, sed doctis etiam quibusdam viris complacitum: quoniam videtur absurde dici sapor sensu amaro torquet; cum ipse, inquiunt, sapor sensus sit, non alium in semet ipso sensum habeat: ac  
 I 4 perinde



perinde sit, quasi dicatur: *sensus sensu amaro torquet*, sed enim cum Phauorino Higeni commentarium legissem; atque illi statim displicita esset insolentia inuans illius;

— *Sensu torquet amaro:*

*risci, et Iovem lapidem*, inquit, quod sanctissimum insusandum est habitum, paratus sum ego iurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse; sed Higenum ego dicere verum arbitror. non enim primus finxit hoc verbum Virgilius insolenter; sed in carminibus Lucretij inuentum est: nec aspernatus est auctoritatem poetae, ingenioque facundia praecellentis. verba ex. iv. Lucretij haec sunt:

*Denique in os salst venit humor saepe saporis.*

*Cum mare versamur propter dilutaque contr.*

*Cum tuimur miseri absynhia; tangit aruaror.*

Non verba autem sola, sed versus prope totos, & locos quosque Lucretij plurimos sectatum esse Virgilium videmus. Quibus verbis, ita à me emendatis, efficitur, ut & Phauorinus sententiam Higeni probaret; & hic Agellij in iudicando partes sint nullae. utrumque contra iudicium, certe praeter opinionem omnium eorum, qui hactenus Agellium legerunt, aut de illis Virgilij carminibus differunt.

*Capularis. defloccat. Nonius duobus locis, & Plautus in fragmentis corrupti.*

#### CAPVT XIII.

QVI M. Plauto, comico Latinissimo, & quod vel inuidente Horatio dixerim, festiuissimo, sua fragmenta collegerunt, eaque illis, quae

Ant. Mureti  
Varia Lectione

LIII

28